UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antonini Liberalis Transformationum congeries

Antoninus <Liberalis>

Basileae, 1568

VD16 A 2960

In Metamorphoses Antonini Liberalis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70288

Visual Library

GVILIELMI XY-LANDRI AVGVST. Annotatiunculæ.

IN METAMORPHOSES Antonini Liberalis.

1 In Cragaleo ſedaſſe.) ποιῆσαι πλεγγάκις. lego παῦσαι.

2 VI. Sacriq́; cuſtos fulminis.) τὸ ἱερὸμ σκῆπῖρομ. legi, τὸμ ἱερὸμ σκῆπῖομ.

3 VII. Quòd ipſum deſtituiſſet.) Ad *verbum* ἐρωῶ *refertur etymon. cuius varia ſignificata apud* Grammaticos *eſt inuenire.* Ego αὐτὸν *legi:* & λειμῶνα, pro χειμῶνα *repoſui.*

Hoc modo.) οὕτω *legi, cùm reperirem* οὔπω. *Pellus* Erodij *genus eſt.* De *ephippo dubito: & fortaßis eſt legendum* ἵππῳ, *equo.*

4 X. Κελεόντωρ.) *Ego quid vocis hoc ſit, non inuenio. itaq; aſteriſcum loco verſionis poſui.* Cæterùm *multa paßim perſpicuè deprauata, ex ingenio ac ſenſu correxi: quæ omnia annotare non erat operæ pretium.*

5 XII. In Cygno vini vi eſt obrutus.) Ἐχαρακώθη. *lego* ἐκαρώθη. *Pòſt vbi aſteriſcum ſignaui, tenor fabulæ ex* VII Ouidij *Metamorph. poteſt intelligi: ad quod opus illuſtrandum, hic liber*

ber non parum poteſt adferre adiumenti. Ibi Hyrie eſt, quæ hæc Thyria. fortaſſe hoc rectius. Ego in uertendo, ſenſum ſæpe, etiam verbis [illegible]alè cohærentibus in textu expreßi. Cuius rei (ut unum exemplũ citem) habes euidẽs indiciũ in fab. XXXVIII. de Acaſto & Peleo: cuius rei Horatius in Oda ad Aſteriam meminit. Annotando autem omnia perſequi neque volui, neq; erat ocium.

IN PHLEGONTIS Mirabilia.

Valde prodigioſæ ſunt hæ ſiue fabulæ, ſiue hiſtoriæ. Dico, ſiue hiſtoriæ: quia nimium patrocinari videntur diabolo, multóq; meliorem minuśq; timendum facere, qui nihil tale factum fuiſſe, aut fieri poſſe ipſius artibus putant. Alioqui quæ de Buplago referuntur, & horum ſimilia, planè figmentum eſſe, cur quis credat, cauſæ ſunt ſatis iuſtæ. Ego in medio rem relinquo. Primæ narrationis caput deeſt. Videtur ſumma hæc eſſe: Philinnam Damoſtrati & Charitûs filiam, clàm cum hoſpite Machata, etiam vita functam conſueuiſſe, idq́; nutricem depræhendiſſe.

1 In Ætoliam.) In Græco omnino eſt, εἰς Ἰταλίαν mendoſè.

2 Thrinaciamq́;.) Θρινακίην: Siciliam nimirum. Nam tametſi peruulgatum eſt, eam inſulam à tribus nobilibus promontorijs dictam eſſe τριναcρίαν